81

+

et Condemnationes quasuis cum earum publicationibus totumq antecedentem et subsequentem processum, deniq Contractus et Inscriptas, ac scripta quaeuis manualia tam roborata quam non roborata, tum et illorum Roborationes, atq quasuis protestationes, ad extremum et praetensiones quasuis ad diem hodiernam interuenientibus, in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat, sibi Suisq posteris ratione praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium.

Vstrzyćki et Chlopecki mutuo se se Quietant. 908

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Comparentes personaliter Generosi Alexander de Vnichow Vstrzycki Tribunus Terrae Sanocensis ab Vna et Nicolaus Chlopecki parte ab altera Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq Suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet, Se eum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq Subijciendo palam libere publice ac perexpressum recognouerunt et quilibet illorum Seorsim Suo pro interesse recognouit. Quia ipsi sese mutuo et inuicem Vna pars alteram, cum posteris Vtriusq partis de scripto certo manuali inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et conditionum in eodem Scripto manuali contentarum, de actu et data illius Praemysliae Feria Tertia post Dominicam Conductus Paschae proxima Anno proxime praeterito Videlicet Millesimo Sexcentesimo

Septuagesimo

Septuagesimo Primo, confecto conscripto, manibus sui Recognoscentium proprijs ab Vtrinq Subscripto, et Actis Terrestribus Praemysliensibus cum interpositione Vadij Mille Ducentorum Florenorum Polonicalium, roborato eiusq Inscriptione Roboratoria Terrestri Praemysliensi, tum de alijs quibusuis Interceisis et contractibus roboratis et non roboratis earumq roborationibus, ad diem hodiernam Servientibus ob plenariam et sufficientem praefatam ab Vtrinq satisfactionem quietant, emittunt, dimittunt, liberosq et absolutos faciunt et perpetuo pronuntiant, Scriptum hoc idem manuale, eiusq Inscriptionem Roboratoriam, tum et alias quasuis Interceisas et contractus inter se Recognoscentes confect. et conscript., tam roboratas, quam non roboratas ad diem hodiernam Servientes, tum et illarum roborationes in toto et per omnia Cassant, mortificant et annihilant. Sibi Suisq posteris ratione praemissorum omnium perpetuo imponendo silentium.

Feria Quarta pridie Festi Sanctae Agnetis Virginis et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo. 20 J.

Morsztynowa et Brzescianska mutuo sese Quietant. 908

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus personaliter Comparentes Gnsa